Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum

Weitz, Johann

Noribergae, 1623

Ad librum III.

urn:nbn:de:bsz:31-131303

Visual Library

*Ibid.* Unam tantummodo tabulam) *D. Hieron. Tom. 1. in Salvian.* Quod ſi nec ſic pœnitentiam vult agere, & fracto navigio, tabulam, per quam ſalvari poterat, non retentat. *Ovid. 1. Triſt. 5.* Tu facis, ut ſpolium non ſim, nec nuder ab illis, Naufragii tabulas qui petiere mei. *Tabulæ naufragii.*

*Ibid.* Omnibus modis id elaborans) *Infra l. 3. p. 403.* Cui opitulari aliquatenus, vel in ultimis ſuis omni ſtudio, omni niſu, omni re, atq; ſubſtantia ſua debeat. *Et p. 431.* Totis patrimonii viribus hoc elaborans. *Elaborare quid omnib. modis, totis viribus, &c.*

*Pag. 397.* Omnis inimicitia morte diſſolvitur) *Mors enim omnia ſolvit.*

## Ad Librum III.

*P. 403.* Ruunt quaſi in interitum voluntarium) *Cic. pro M. Marc.*: Ut nullâ non modò cupiditate, ſed ne ſpe quidẽ, prudens & ſciens, tanquam ad interitum ruentẽ voluntarium. *Ruere in vel ad interitũ voluntariũ.*

*Ibid.* Decurſo vitæ ſpacio) *Baſil. M. p. 220.* ἢ οὐχὶ καὶ ὑμῖν δοκεῖ συνεχής τις ὁδὸς ὑφηπλῶσθαι ἡ παροῦσα ζωὴ, καὶ πορεία διειλημμένη ταῖς ἡλικίαις καθάπερ σταθμοῖς. ἀρχὴν μὲν ἑκάστῳ τῆς ὁδοιπορίας παρέχουσα τὰς τῶν μητέρων ὠδῖνας. πέρας δὲ ὑποδεικνῦσα τοῦ δρόμου τὰς τῶν τάφων σκηνὰς καὶ πρὸς ἐκείνας ἅπαντας ἄγουσα, τοὺς μὲν θᾶττον τοὺς δὲ βραδύτερον, καὶ τοὺς μὲν διὰ πάντων χρόνου διαστημάτων, ὁδεύσαντας. τοὺς δὲ, οὐδὲ τοῖς πρώτοις ἐναυλισθέντας τοῦ βίου σταθμοῖς, &c. *Vitæ curriculum.*

*Ibid.* Decurſo ſpacio) *Vide Commentar. Terent. p. 567.*

*Ibid.*

*Ibid.* In ipſa extremitate jam pendens) *Superius*, in extremis ſitum eſſe.

**Comedere res vel bona alicuius.** *P. 404.* Res ſuas comedat) *Mox*: Ne deſint, qui, te mortuo, quod dereliqueris, vorent. *Sic inferius pag. 406.* Qui res tuas prodigè comedit. *Et pag. 423.* Opes ſuas aliis devorantibus. *vid ſupra ad l. 3. de guber. Dei. p. 66.*

**Æſtuare.** *Ibid.* Quid æſtuas) *Supra l. 1. pag. 338.* Quid ergo æſtas paterna pietas. *Et infra pag. 423.* Inter tormenta æſtuans.

**φιλαυτία.** *Ibid.* Omnes ſibi melius velle) *Com. Terent. pag. 64. 442. & 826.*

**Benè vivere.** *Pag. 405.* Quam benè alii poſt te vivant.) *Comm. Terent. p. 280 & ſeq. itemq; p. 440. Infer. p. 424.* Benè epulari.

*Pag. 409.* Quaſi aqua & igni interdicitur) *Cic. 6. Philipp.* Sic contemnit, tanquam ſi illi aqua & igni interdictum ſit, *Et pro domo ſua*: Velitis in beatis, ut M. Tullio, aqua & igni interdicatur? *Famil. l. 11. ep. 1.* Aut aqua & igni nobis interdicatur.

*Pag. 413.* Proprium nil habere) *Com: Terent. p. 99. & Cujac. obſerv. 11. c. 37.*

*Pag. 423.* Inpure) *Plin. l. 35. c. 6.* Ad deprehendenda pura *dixit*.

*Ibid.* Scatentes vermium globi) *Arn. Bonavall. p. 68.* Job ſcatentem vermibus.

**Lazari & Divitis antitheſis.** *Ibid.* Pauper beatitudinem emit mendicitate) *Goffrid. Vindocin. l. 5. ep. 14.* Eligamus potius pauperem vitam, cum Lazaro humili & deſpe-

deſpecto, quam divitias cũ glorioſo divite, & ſuperbo. Pauperem Lazarum ſinus Abrahæ ſuſcepit, glorificandũ cum ſanctis: Superbum divitem Tartarus horrens abſorbuit cruciandum, cũ impiis. Hic paupertate beatã ſortem meruit: ille divitiis perpetuam mortem. Hunc ſua paupertas fecit excelſum: illum ſuę divitiæ fecere dejectũ; Dives factus omnino indigens, ſepultus eſt in inferno, & ſine fine damnatur; Lazarus in ſinu Abrahę collocatus, & Paradiſi divitias obtinens, cum Deo lætatur, &c.

*P.426.* Ei ſpes penitus abſcinditur) *Arn. bonæv. p. 92. b.* Ille autem à ſpe præciſus, & omninò avulſus à gratia, *Senec. 1. de benefic. c. 1.* Ut ſi ſpes mihi præcidatur. *Spes abſciſſa vel præciſa.*

*P.427.* Nova amentia inceſſit) *Ter. And. 4.3.* Nunc nova religio in te iſthæc inceſſit.

*P.431.* Illum heredem facio parentẽ meum) *Radulph. Forner. quotid. l. 5. c. 27.*

*P.438.* Umbræ prętereuntis) *Lege eruditiſſ. Joh. à Wouvv. pægnion de umbra ſcitiſſimũ, & multijugâ doctrinæ exquiſitæ copiâ, refertiſſimum.*

*Ib.* Somnii evaneſcẽtis) *Rit. ad Op. in Hal. v. 30.*

*P. 441.* Egreſſurus de domo corporis tui) *Mors.* *Cic. in Cat. majore.* Et ex vita iſta diſcedo, tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo.

*Ibid.* Neſciens quo iturus) *Ita Adrian. Cæſar, moriens quidem, hos verſus feciſſe dicitur:*

Animula vagula, blancula!
Hoſpes, comesq; corporis,

Quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigida, nudula,
Nec, ut ſoles, dabis jocos.

*Spartian. vid. ibid. Caſaubon.*

*Specula.* *Ibid.* Una ſpecula datur) *Plaut. Rudente ſc. nunc id eſt*: Nec ulla ſpecula eſt, quæ ſalutem afferat.

*Frangi miſericordiâ.* *Pag. 444.* Miſericordiâ frangeris) *Paulò ante* Miſeratione frangi.

*Ibid.* Defixos in te vultus) *Arn. Bonav.* Jam pronus ad infima figebat intuitum.

*Adulatio fugienda.* *P. 447.* Non reſpicias adulationes eorum) *D. Hier. Tom. 2. ad Demetr. p. 10.* Adulatores ut inimicos, cave: quorũ ſermones ſuper oleum molles, & ipſi ſunt jacula. *Vid. eund. ibid. in reg. Monach. p. 177. Saresb. l. 3. c. 4. 5. 6. 7.*

*conſertæ manus.* *Ibid.* Conſertis quodammodo manibus.) *Seneca 1. de benefic. c. 3.* Quid ille conſertis manibus in ſe redeuntium chorus?

## AD LIB. IV.

*Finis bonus eſto.* *P. 451.* Niſi bono fine claudatur) *Goffr. Vin. l. 4. ep. 8.* Scimus quidẽ, quoniam non omnib. benè inchoantibus æternæ beatitudinis præmium repromittitur, ſed illis ſolũmodò, qui perſeveraverint habere conceditur. Parũ. n. vel nihil penitus eſſe monſtratur, benè aliquid inchoaſſe, quod imp̄fectũ dimittitur; *vi. reliqua.*

*Bonũ opus.* *Ibid.* De bono opere nihil nimis eſt) Man kan deß guten nicht zu viel thun.

*Actus vitæ, q. fabula.* *P. 452.* Vitæ actibus.) *Alludit fabula vel Comœdia*

*mœdia*